

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Christoph Pezel

**Theses; In quibus de Statuet Summa Controversiae de Coena sacrosancta
accurate agitur**

Steinfurt: Caesar, 1602

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746573669>

Druck Freier  Zugang



95-

52^b. 6.



Fa 1092 (95.)

Tomo hor. XLVII. . continentur.

1. Dicerni Icarus Academicus Norimb. 1643.
2. Aclamationes prepemptias Academie Genesia cum eo ea
descenderet idem Dicernur.
3. Orationes inaugurales Academie Liudunensis Batavorum.
4. Polyandi. Waldei. Anno: 1620.
5. Thysii.
6. Hommii.
7. Sinapis.
8. Ravii Pancoynica Orientalib[us] linguis Trajecti d[omi]ni 1693.
9. Hier. Welleri Consilium de Scholis Theol. Rostoch. 1617.
10. Simile D. Joh. Quistorpii Rostoch. 1643.
11. Iusti Ione oratio de codem argumento. ibid. 1644.
12. Dan. Hemsii. Homilia in Natalem Domini. lug. 1613.
13. — . In Christi Passionem. ibid. eod.
14. Quistorpii de Virtutibus liberis arbitriis coll. Con III, 4. s. 1645.
15. Damhauen. Domini Glorie crucifixus. 1633.
16. — . De Melchisedecco e Gen. x Iv. 1634.
17. Jacobus Martini de Causa Pecati. 1639.
18. — . Analysis Capiti V ad Romanos. eodem.
19. Arschaeur. De istuc testimoniis in Terra. 16. VI. 8. 1635.
20. — . De Pecato originali. eod.
21. — . Synopsis Theol. Zachariae.
22. — . ad Hebr. XII, 8. 1643.
23. — . ad Act. VI, 27. 28. 1646.

1.	8.	3.
2.	9.	4.
3.	10.	5.
4.	11.	6.
5.	12.	7.
6.	13.	8.
7.	14.	9.
8.	15.	10.
9.	16.	11.
10.	17.	12.
11.	18.	13.
12.	19.	14.
13.	20.	15.
14.	21.	16.
15.	22.	17.
16.	23.	18.

24. D. Marentius de Ecclesia. 1608.
25. D. Hammenig de Persona Christi. 1645.
26. D. Cothamay de Predestinatione. Rostock. 1692.
27. —. Part II. —
28. Id. Croix de Orthodoxæ Fidei Dilectione Marp. 1619.
29. —. Vano per Europā Doctrinæ cum Script. S. conformitas.
30. —. De Apostoli nominis causis.
31. —. De Apostolita Ecclesiastū Evang. Doctrina.
32. —. De Catholicismo Eccl. Evangelice.
33. —. De Antiquitate Relig. Evangelice.
34. Gocklenii Theser Apologeticus contra Finniū. 1606.
35. —. De Analogia seu proportione.
36. Petelinus de S. Cœna Stenforti 1602.
37. Toffani Theser contra Evangelicos. ibid. 1605.
38. Ravenspergi Samson redivivus. ibid. 1614.
39. Heyderi Exerc quæstionum Thol. Marpurgi. 1611.
40. Eglini de Generaliis Christi. ibid. 1608.
41. —. De Fide justificante. ibid. 1617.
42. —. De Peccati in Spiritum S. cod. 44 B. Croix de Pa
43. —. De Predestinatione. ibid. 1619. Doctrinæ
44. Connug Vorshy de Idolatria Pontificiorum in cultu virtutum.
45. —. Fide Stenfort. 1608.
46. —. de Idolatria corundē multa sanctorum.
47. —. —. In cultu Imaginum.
48. —. —. In cultu ipsius Pontificis.

49. P. Petri Probsti Soc. Ges. disputatio Paradisiaca
50. Conradi Vorstii Oratio Antlopetrica in
Pleno confessu dominum Hollandie et Westfalia ha-
bita. Raaet Marti. 1612.
51. Ebelius de Generatione et Corruptione Hom.
Gesae. 1646.
52. — De Animæ Hum. Similitudine. 1644.
53. — Decade IV. Conclusionum Metaphysicarum. 1646.

A - A

16

35

30

A - C

20

40

A - B

A - B

35

P. 36

A. 00

A - C

A - B

A - D.

A - Z.

A - G.

A - B

A - D.

A - C.

A - C.

A - C.

65.

A - C.

48

A -

16

A -

A - C.

A - C.

A - C.

A - B.

A - K.

51

24

24

20

30.
33

31
34
35
36

37

38

41

42

57

43. 49.

44.48.

449

446.

35

THESES;

In quibus de

STATV ET SVM-
ma Controuersia de Cœna sacrosancta
accuratè agitur:

Edita

Per Christophorum Pezclium, Theologiz Doct.

Et dedicata

Viro nobilissimo, Dn. A B E L O C O N D E R O, Consuli
Groningano; & publici Consilij Ordinum vnitarum:
Prouinciarum Assessori dignissimo.

M. D

C. II.



STEINFURT in oppido Comitatus Steinfurten,
exudebat THEOPHILVS CÆSAR.

NOBILITATE GENERIS, PIETATE, DOCTRINA
eruditione, & virtute ornatusimo Viro, Dn. ABELO CON-
DERS, Consuli Groningensi, & Consilii publici Ordinum pro-
vinciarum unitarum afferori in Haga Comitis dignissimo,
amico veteri, Patrono suo colendo.



VM intellexerim, Vir nobilissime, te ex Groninge
vocatum esse Hagam Comitis, ut ciuitatis Groninga-
nia nomine deinceps sis afferor consilii publici: gratu-
lor tūm patriæ tuz, tūm Repub. vniuersitatem, propterea
quod quā invito politico extare atque eminere debet
virtutes & dona ingenii, ea in te esse semper judicauerim, & vnā cū
atrate & vsu rerum in te crescere atq; augeri minimē dubitem. No-
minat illa in viro politico ~~προσχειρίδην~~ Pericles apud Thucydidem,
~~πολιτικὸν πόλιν καὶ διάνοιαν εργαζόμενον~~, Intelli-
gentiam ciuilem, facultatem explicandi animi sensa, & amorem pa-
triz. Quibus si pietatem erga Deum adiunxit, (quā architecto-
nica omnium consiliorum & actionum in Repub. meritō habenda
est ac nominanda) nihil in descriptione hominis destinati ciuilibus
negociis omisisset. Nam qui se ad Rem pub. contulerunt, non tan-
tum in id incumbere debent, vt quā sapienter cogitarunt, oratione
tolerabili exponere possint, sed omnium maximē in eo elaborare e-
os oportet, vt cum amore patriæ, in primisque Ecclesiæ, quā est lau-
datissima patria, acerrimum studium pietatis in Deum coniungant.
Nisi enim ad pietatis normam consilia & actiones publicæ dirigan-
tur, nihil neque Deo placens, neque hominum generi salutare geri
potest. Szpe autem recordor ciui temporis, quo penè adhuc puer
commendatus mihi fuisti à fratre tuo, viro ornatusimo D. Frideri-
co Condere, qui & ipse in adolescentia sua Tiguri in domestico cō-
victu vixerat apud summū Theologum D. Rodolphum Gualthe-
rum. Præter tūm Gymnasio scholæ Bremensis vir doctissimus
Iohannes Molanus, qui cum ultimum vitæ diem clausisset, successit
ei vir optimus ac integerrimus Ioachimus Metsterus Gorlicensis.
Orator & Poëta eximius, sub quorum ductu atque auspiciis funda-
menta.

EPISTOLA DEDICATORIA.

menta atque initia puerilium artium feliciter didicisti. Domi verò
meꝝ paulatim ad illarum vsum & exercitia, postea etiam ad superi-
ores artes à me traductas, & Deo juante insigni cum successu as-
suefactus es, præsertim postremis annis, quibus ad Academiarum
studia parandus eras. Pietatem verò animi tui, & ingenii ac morū
tuorum probitatem ita declarasti præceptoribus in schola; ita mihi
ac familiæ meꝝ probasti; vt hoc nomine & illis te amabiliorum, &
mihi meisque charissimum reddideris. In Academiam deinceps
Marburgensem vberioris cultus ingenii & discendi Iuris Civilis
caussa missus, cùm familiaris esses populari tuo, viro clarissimo D.
Sixtino Regnero Iuris consilio. (qui vt anteā in scholis publicis, sic in au-
la Illustrissimi Landgrajij Hæssicæ nunc cum laude viuit) ita te rur-
sus gessisti, vt eruditio[n]is, modestiz, & pietatis laudem jure ac meri-
to inde reportaueris. Dehinc ad parentes & agnatos tuos reuoca-
tus, cùm assidui motus essent in tua patria, sic in illorum complexu,
(præsertim patris, senis piissimi, ac penè decrepiti) velut in exilio
hæstisti aliquandiu, donec ab Ordinibus vnitatum Provinciarum
recepia atque pacata Groninga & agro vicino, quasi postliminio,
patriz & bonis paternis restitutus, & muneri Consolari in vrbe
Groninga præfatus es: in quo (vt Magistratus virum ostendere di-
citur) cum laude & approbatione bonorum omnium gubernatio-
nis præfuisti cum coll egis tuis, vt fidem ac reverentiam, Domino
Comiti Wilhelmo Ludouico Nassouio, summo gubernatori pro-
vincie Groninganæ, & ciuib[us] ac subditis amore & officia pater-
na præstiteris: in promouenda religione orthodoxæ veritatis, & cō-
troversijs publicis ac priuat[i]s legitimè dijudicâdis ac componēdis.

Hanc ob caussam merito factum est, vt ciuitatis Groningensis
nomine in societatem Consilii publici Ordinum generalium ascen-
tus, spem apud bonos omnes eximiam concitaris, fore vt utilis ac
salutaris gubernatoris Reip. officio abunde satisfacias. Quam spē
vt confirmet ac impleat filius Dei magni consilij angelus, toto cum
pe[re] ore oro: Ad quem haud dubiè tua quoque vota assidue facies,
vt est in formula prectionis, quam in domestica conuersatione

▲ □

EPISTOLA DEDICATORIA.

nōstra s̄pē ex me audiūisti:

Συμβολὴν ἀγαθῶν, ηὔφορην, εὐτυχίαν τι

Συμβολεύται μοὶ δός πατρὸς αἰδίου.

Consilium felix, occasio fausta, secundi

Euentus, duce te sint mihi Christe precor.

Hanc verò publicam tui compellationem, ad quam me impulit
perpetuus in te amor meus, vt in optimam partem accipias, te rogo:
Cumque nihil hoc tempore ad manus esset, quo meam erga te be-
nevolentiam atque etiam obseruantiam testarer: placuit adiungere
Theses Nobilissimi cuiusdam viri, pietate, sapientia ac dignitate
præstantissimi, quem intelligi nunc malo; quam intempestiue à me
nominari: In quibus status controvēsia dipniacæ, quæ Euangelicas
Ecclesias à Romana synagoga separatas, jam longo tempore exer-
cuit, accuratissimè definitur & explicatur. Cuius lectionem passim
locorum pl̄uris que viris eruditis & grauibus gratam & utilem, &
quod sub tuonomine in publicum prodeat, tanto acceptiorem fu-
turam esse confido: Idque vt ita sit, Deum patrem xternum Domini
ac liberatoris nostri Iesu Christi toto pectore inuoco: Eiusque
benignitati ac protectioni & Rempubl. vniuersam, & te ac familiā
tuam ardentibus precibus ac gemitibus fideliter commendō: Atq;
vt veterem in me benevolentiam tuam constanter coasceres opto.
Bremæ Mense Octobri, Anne Christi 1601.

Qui nobilitatem & virtutem tuam

amat & colit,

CHRISTOPHORVS PREBLIVS
S. Theologiz D.

DE CONTROVERSIÆ SACRA
mentariæ legitima cognitione ac decisione,

THEMA I.

Vt controversia Sacramentaria rectius ac facilius co- De quatuor rebus
gnosci ac dijudicari possit; necessarium est, quatuor po- cōsideratio
tissimum in considerationem venire, adeoq; semper in necessaria.
conspicu & ante oculos haberi. 1. Quis verus contro- 1.
uersia status sit, ad quem omnem disputationem referri oporteat. 2. V- 2.
tra altercantum pars, probandi partes sustineat & adimplere tenea-
tur. 3. Quanam certissima atq; indubitate iudicij sit norma ac regula, 3.
secundum quam de re tota judicari conueniat. 4. Ut constituta iudicij 4.
norma, ad singula controversia capita recte ac legitimè applicetur, ne
in iudicando error committatur. De singulis ordine videndum.

3. Ac primum (ut cuilibet recte rem intuenti per se patet) agitur De statu
ac disputatur de quatuor præcipue capitibus. 1. De intellectu verborū
Christi: Hoc est corpus meum: hic est sanguis meus. 2. de presentia cor- controver-
poris, id est, carnis & sanguinis Christi in his terris, in, cum, sub, Syne- sias quadri-
bolis panis & vini. 3. De oralis, quam vocat, siue corporali carnis Chri- partito.
sti mandatione. 4. De mandatione indignorum.

3. Qua si proprius quis consideret, comperiet primum & secundum Tertium
caput esse, quasi tertium ex parte tertij. Quartum autem eiusdem necessa- caput con-
rium esse consequēs, ita ut posito tertio isto capite sua sponte hoc sequa- trouersie
tur: Everso illo, statim collabatur.

Vi ergo de primo & secundo dicamus, quid causa est queso, quod Cōfirmatio
retinendo nō p̄t, ita p̄g; omni excludendo, tantopere laboratur, quod pro- p̄tior
oralis

A 3

mandu-
cationem
corporis
Christi ex-
tera in dis-
putatione
veniant.

6 nisi quod videtur, sine illo, manducationem oralem stabili non posse.
Quae item ratio, quod praesentia corporis Christi in his terris tanto co-
natu defenditur, nisi quod amissa illa, haec sustineri nullo modo posse
videtur?

7 Hinc est, quod multi, q[ui] relicto Christianoru[m] nomine, Lutheranos
se (contra Lutheri ipsius grauissimam admonitionem) nominant, in
libris suis ingenue fatentur se non adeo repudiare diabolos, ac tropum,
quoniam facile utrumq[ue] admissuri sint, dummodo talis decur, sub quo sal-
ua sit corporaliter praesentia, & oralis, quam afferunt, manducatio. Quo
pratextu etiam synechidogen illam suam salvare & sustinere solent:
quam non aliter tamen explicant, nisi de copulatione substanciali cor-
poris Christi & panis Eucharistici.

8 Quid: quod hi nec aliud praesentia istine, quam comminiscuntur,
fundamentum ponunt, aut ponere possunt, quam hoc? Corpus Christi
vere & substancialiter ore corporis, cum a pijs, tum ab impijs percipi-
endum exhibetur in Sacra Cœna: Ergo vere & substancialiter in terris
praesens sit necesse est. Ex quo satis superq[ue] liquet, non aliunde illam, quā
ab orali sive corporali corporis Christi manducazione dependere.

9 Nec vero dubium est, quin & pars altera litigantium, cui Calvi-
rianorum nomen obtruditur, facile consensura sit, euicta orali man-
ducazione, necessario quoq[ue] talem praesentiam, talemq[ue] verborū Chri-
sti (hoc est corpus meum) intellectum, qualem illa postulat, admitten-
dum & amplectendum esse.

8 Econtrario, si liquido constet, oralem corporis Christi manduca-
tionem reiiciendam esse. Solam autem spiritualem propriè loquendo, eti-
am in usu externo Sacramentorum nobis proponi ac confirmari, ne-
minem esse judico, ne ex illis quidem, qui Lutheranos se nominant, qui
non intelligat, extra omnem scripturam ac necessitatem, adeoq[ue] admo-
dum impertinenter de inuisibili eius in his terris praesentia disputari.

9 Etenim sicut unio piorum inter se, qua & ipsa spiritualis est, &

et resurrectio Christi dependet, nullam quod ad locorum interualla, corporum coniunctionem requirit, sed tum existere, tum salua atq; integre consistere potest, etiam si illorum alij in cœlis, alij hinc inde in varijs mundi plagis ac regionibus dispersi degant: ita nec unus piorum cum Christo, & qua hanc antecedit spiritualis manducatio corporis illius, ullam eiusdem corporis in locis aut symbolis terrenis presentiam corporalem flagitat, sed absq; illa ut coalescere, ita effectum suum sortiri potest. Ratio in promptu est. Nam cum vinculo merè spirituali constet, atq; omnipotenti Spiritus Sancti virtute perficiatur, sicuti locorum propinquitas nihil illam adiuuare, ita neq; loci distantia quidquam impedire potest.

10 Huc accedit, quod cum spiritualis manducatio, non minus ad Christi beneficia, quam ad ipsum corpus pertineat, presentie consideratio, non plus momenti ad huius, quam illorum perceptionem conferre potest. Proinde sicuti passionem, mortem, & rotam obedientiam Christi p̄ijs sub veteri testamento, eis tot facilius ante vixerint, vere atq; efficaciter applicauit fides, & nobis etiam usq; ad finem saeculi, vere atq; efficaciter applicat, nulla temporis vel prateriti vel futuri ratione obstante: Ita eadem fides Christum in nobis habitare, nosq; illius membra atq; patim̄es, omniumq; eius bonorum participes vere facit, nulla locorum capedine promouente vel impidente.

11 Quod ipsum, ulterius etiam inde confirmari potest, quod apud Orthodoxos omnes in confessu est: Spiritualem corporis Christi manducationem, non minus in verbo, quam in sacra cena fieri. Cum rigitur talis substantia corporis Christi presentiam in verbo, qualis hic in Sacramento cena, nemo omnium orthodoxorum requirat: Et Christus ipse Iohann.6. aperte doceat Ascensionem suam, atq; ita corporalem absentiam spirituali manducationi nihil derogare: Manifestissimum est, ex sententia Orthodoxorum, in sacra cena modum presentie speciem, id est, alium à presentia in toto ministerio, nequaquam ponen-

38.

39.

42.

50.

43.

49.

44.

48.

45.

47.

Dum esse, cum nec manducatio specialis, oralis, aliqua noua & insolita
opifissimi corporis Christi in sacra cena instituta sit. Nam de signis sa-
cermentalibus nunc non loquimur, que in actione cena peculiariter
instituta sunt ad testificandum de interiori ac spirituali manducatio-
ne corporis Christi.

12 Quin imo, cum nec patres in veteri testamento à spirituali cor-
poris Christi participatione, omnino excludi possint, quem tam en car-
ne, quam nondum assumserat corporaliter sive carnaliter, presentem
habuisse dici non potest; Etiam ex hoc satia colligitur, spiritualem cor-
poris Christi manducationem, eius realem in terris existentiam ne-
cessario non exigere, sed sine illa probe consistere, ac subsistere posse. Quā
autem qui Lutheranos sē vocant, requirunt presentiam, ob oralem so-
lummodo manducationem inuentam esse.

Epilogus
confirmationis bac-
tenus reci-
tate.

13 Ex quibus omnibus conficitur, id quod ab initio proposuimus, nō
pe primum ac secundum controvrsie caput, in tertium respicere, nec
aliter ad id se habere, quām necessarium antecedens ad suum conse-
quens, ut hoc ex scripturis probato ac corroborato, illa sine insigni pu-
dore in dubium vocari non possint. Hoc autem sustante, necessario est
am illa non subsistere.

14 Quod idem etiam de quarto capite, luce meridiana clariss. est.
Nam si ore corporis carnem Christi qua cum ratione manducari pro-
batū sit, nihil causa est, cur impīs & infidelibus, quibus externa man-
ducatio cum impīs communis est, illam denegemus. Rursus verò, quā-
di illud ex scripturis expeditum non fuerit, frustra manducationem
corporis Christi, quā ab impīs fiat, sueri conabimur.

15 Proinde totius controvrsie prora & puppis est, tercia questionis
explicatio, de qua etiam ante omnia agendum erit, ne prepostero ordi-
ne magis fumum, quām lucem cause attulisse videamur.

Vtri parti altercantū de & quarta questione, partem affirmatiuam inceantur; & affirma-

ti

ni, non negantur incumbat probatio: Praterea fides nulli dogmati asserti teneatur, quod non expresso Dei verbo fundatum & firmatum appareat. Nemini obscurum esse posset, quin idem etiam, probandi partes merito sustineant, quas tanto minus recusabunt, quo magis ab omni falso dogmati suspitione immunes esse volent. In prima autem questione, cum hi qui Calvinianorum nomine traducuntur, pro diavo^{la} ac tropo sacramentali pugnant, similiter & ipsi, quod suarum erit partiū, non grauare subenndum esse meminerint. Quo constituto, jam superest, ut de disputationis ac judicij norma paucula moneamus, ac tum domum ad rem ipsam progrediamur.

16 Norma vero disputationis ac judicij certior nulla constitui potest aut debet, quam ipsum Dei verbum, quod sacris scripturis comprehensum est: atq[ue] in eo precipuum sacra institutionis cœna Dominicæ verba. Nam ut sacra Scriptura dicitur, sola veritas est, qua fidem fundatam esse oportet, itemq[ue] Lydius lapis, ad quem omnes opiniones examinari necesse est: Ita sacre institutionis verba, sedes ordinaria sunt huius controvrsia, à quibus quicunq[ue] deflektit, aut qui ex violenter r[es]quet, cum certo certius est recte pede non incedere.

17 Porro cum duobus modis in sacris scripturis aliquid contineri refertur, Primum quidem, quod ad literam in eis & ad verbum expressum habetur: Deinde quod ex eo, quod ad verbum expressum est, necessaria minimeq[ue] sophistica ratiocinatione & consequentia deducitur: Si alterutro modo Theses suas, qui se Lutheranos vocant, probare queat, satisfecerint officio atq[ue] intentionis: par erit, ut quos ipsi Calvinianos nominant, veritati jam manifesta non amplius refragentur. Sin nemero modo Theses suas probare possint, ipsi, si fallor, qui se Lutheranos vocant, intelligent, tot annorum concertationibus nec dum id, quod precipuum, adeoq[ue] unicum ferè in controvrsia positum est, legitime, atq[ue] ita, sicut oportet, demonstratum esse.

1. Quæ cum ita sint, age jam ad rem veniamus, & quanam rasio-

probatia
incumbat:

Quæ nos
ma sit indi-
cij de tota
controvrsia.

34

35

36

37

38

42.

50.

43.

49.

44.

48.

47.

46.

B

ee assertiones suas ex verbis institutionis probent, ac probare possint,
qui Lutherani esse volunt, dissciamus. Ac de tertia quidem Thesi,
primum & ante omnia agamus, siquidem in ea potissimum totius
causa momentum consistere diximus.

19 Puto autem omnes intelligere, quatenus in hoc articulo inter se
dissent, aut conueniant partes altercantes. Nequaquam enim de spiri-
tuali corporis Christi mandatione, que fide fit, agitur. Concedunt ac
docent illam viriq, & quidem primum, summoperè necessariam esse
ad sacram cœnam dominicam, ut qua sola faciat, ut salutaris sit eius
us.

Deinde apprehendi illâ, tûm Christum ipsum, tûm omnia eius be-
neficia: præterea fieri illam sola atq, unica fide: Si propriè loqui velim-
mus, sine Sacramentali locutione, qua patres sepe utuntur in hoc nego-
cio. Denig, sine spirituali illa adè nihil proficere corporalem sive sacra-
mentalem mandationem, ut homini potius in exitium cedat.

20 Porro nec de physica, sensibili, & naturali, ut vocant, corporis
Christi mandatione contenditur. Damnant illam, & merito, qui
Calviniani proclamatuntur. Nec inuit illam, utpote Capernaiticam re-
jiciunt, qui Lutherani haberi cupiunt.

21 Sed nec de Phras, qua māducatio dicitur oralis, litigatur, cū sacra-
mentaliter illa accipitur, nimirū, cū id q signi propriū est, tribuitur rei
signata, & tontra. Quo de genere sunt ista: Quod Pasah transitus, ma-
etari & comedì dicitur: Id quod agni Paschalis proprium est, Exod. 12.
& alibi passim.

Quod porta aperiri jubentur, ut introeat Dominus glorie, Psal.
24. Quod robur Domini captum dicitur Psal. 78. Quæ non nisi in ar-
cam fæderis competunt: Quod Iohannes Spiritum Sanctum vidisse
dicitur, cuius tamen non essentiam, sed visibilem tantum speciem vi-
derat, & si qua sunt similia, que magno numero extant in scripturis.
Quo sensu etiam patres dicere non dubitârunt, corpus Christi videri.
cangi.

rangi gestari in canistro, in terram cadere. &c. Non grauatum h[ab]et nisi
selectus corpus Christi ore comedi, qui Caluiniani denominantur, de-
bunt: Verum qui Lutherani diei cupiunt, ijs non satis hoc videtur, cu[m]
corporalem & oralem, et si non physicam mandationem in verbis
Christi institutam esse contendunt.

22 In hoc igitur solo omnis controversia cardo vertitur. An ipsum corpus Christi pro nobis traditum, in sacra cena non tantum fide, sed ore etiam corporis, idq[ue] non tantum in signo, sive Sacramento-tenuis, ut Augustinus loqui solet, sed etiam substantialiter atq[ue] adeo in proprio suo subiecto c[on]tra p[ro]p[ri]os, tum ab impiis, licet neq[ue] tactu, neq[ue] gustu, neq[ue] alio sensibili modo percipiatur, verè tamen ac realiter, modo imperuestigabili, soliq[ue] Deo noto, manducetur. Qui Lutheranos se vacant, affirmant: Qui Caluiniani proclamantur, negant.

23 Ex verbis institutionis probationes luce meridiana clariores requirunt h[ab]itum, qui Caluinianorum nomine traducuntur. Pollicentur eas, quise Lutheranos nominant. Ingenuè nimurum hactenus, ex utraq[ue] parte. Sed quod nam eorum, qui Lutherani dici volunt, præcipuum probationis fundamentum est? Nempe hæc Christi verba: Accipite, comedite, hoc est corpus meum, &c. Evidem satis forte fundamentū, dummodo non minus fortiter ac firmiter ei tota structura aptetur, de quo opera pretium est, ut videamus.

24 Sunt autem duo præcipue, qua istis hac in parte docenda ac demonstranda incumbunt. 1. Verbum, Accipite, & comedite, ad corpus Christi referri. 2. Verbum Comedite, eo sensu usurpari, quo in proposita Thesi: Nimirum, ut mandationem designet, que quidem ore corporis fiat, sed nec gustu, nec tactu, nec alio sensu percipiatur, deniq[ue] verè quidem, & propriè fiat, sed cum physica tamen mandatione nihil affine habeat.

25 Hic vero, si rectis rem oculis, minimeq[ue] lippis intueri velimus, Quo refenda sint-
mirino fateri cogimur, in utroq[ue] eos nimirū deficere. Etenim si Gram- verba. Ac-

B 2

apite. Co-
medite.

maticos rogemus, quemnam casum postulent verba activa. Accipite & Comedite? Quartum respondebunt casum, quem accusatum vocant: At vero si circumspiciamus, & in verbis institutionis vndiq; requiramus illum, alium reperire non licet, quam Accusatum, Panem. Proinde vel Grammatico judice, quem & in defensores recusare non possunt, verba Accipite, Comedite, ad panem, non ad corpus referuntur.

26 Adde quod & totus contextus, verba, Accipite, Comedite alio, quam ad panem referri non patitur. Neq; enim aliud quippiam foris accipere iussit Christus, vel comedere, quam illud ipsum, quod fregerat ac dederat discipulis suis. Iam vero id fregerat, quod ante in manus suas ipse acceperat. Id autem panem, non corpus fuisse, Euangeliſte, qui hac de re agunt, ad unum omnes testantur. Ex quo conficitur, panem, non corpus iussisse Christum discipulos suos ore comedere.

27 Quod cum ita sit, ubi igitur τὸ πνέον pro orali mandatione Projecto nulla syntaxis patitur, ut saluare rectae constructionis ratione, verbum Comedite, ad vocabulum corpus referatur; contra omnem autem syntaxin pugnare, & nihilominus τὸ πνέον retinere, & afferere velle, ne quid dicam grauius, insania est.

28 Sed ut persequamur ista, & verbum, Comedite, non tantum ad panem, sed etiam corpus aliqua ratione referri posse concedamus, ipsi tamen, qui Lutherani dici volunt, negare nequeunt, longe alio sensu de corpore, quam de pane se id accipere: Sic enim dicunt, panem visibiliter & naturaliter, corpus Christi inuisibiliter & preternaturaliter manducari.

At vero (preterquam, quod ea significatio, que de corpore ab ipsis usurpatur, noua est & insolens) unde tandem probabitur? Quod se vero probari nequeat, unde persuadebitur?

29 Evidenter ut centies enicissent, verbum (Comedite) ad corpus referri posse, nisi tamen simul probent, eo sensu id usurpari in Scripturis usurpari, veletiam hic accipi debere, quo in sua Thesi accipi volunt. impossibile

impossibile est, conscientijs sollicitis satisfactum esse. Semper et-
nun anxiè querent; Quis me certum reddet, Christum Dominum
meum, talem corporis sui mandationem instituisse? que quidom ve-
re & propriè fiat? Sed nullam tamen vera mandationis definitionē
admittat, id est, qua corpus ore quidem percipiatur, sed non continga-
tur, atteraturq; nec in ventriculum transmittatur, qua tria tamen
necessaria attributa corporalis mandationis esse, negari nō potest.

30 Quidquid nec verisimile fit, cùm cetera omnia in toto historiae
contextu (Accept, fregit, dedit) de pane tantum dicantur, hoc unum
vocabulum Comedite, non tantum ad plura perlinere, sed etiam tam
peregrinum inducere sensum, ut nec simile quiddam cum naturali si-
gnificatione retineat.

31 Taceo, quod qui Calviniani proclamantur, urgunt, Nec veritate
historiae, nec veritatem corporis solo modo pati, ut unum idemq; cor-
pus Christi, quod visibiliter & corporaliter assidebat mensa, inuisibili-
liter ore discipulorum manducatum, & sanguinem, nec dum extra
venas corporis effusum (de quo tamen verba cœna expressè concionan-
tur) ore itidem discipulorum haustum esse credamus, aut existimemus.
Sciens inquam prudensq; hoc prætero. Id saltē ab his, qui Lutheranus
nos se vocant postulo, ut mihi oralem suam mandationem ex verbis
institutionis confirmem. Hactenus enim inde illam non elici potuisse,
luce meridiana clarius demonstrauimus.

32 Sed de pane tamen, inquiunt, quem manducare Christus jubet;
expressè Christus dicit: Hoc est corpus meum? Ergo non tantum panem,
sed etiam corpus suum jubet comedere. Dum vero hoc enthymate se
muniunt, jam omnes, atq; ipsos etiam intelligere arbitror, in verbis ex-
pressis Christi, nullum eos amplius firmum subsidium habere posse ad
tuendam oralem suam mandationem. Nam si verbis expressis tra-
dicta esset, quid opus erat ad ratiocinationem siue enthymema confuge-
re? omissis his, quantum valcat hac ratiocinatio, videamus, ac ne en-

et hymenatis involueris decipi amur, in formam syllogisticam id rell-
gamus.

Kathym
ma Luthe-
ranorum
in formam
Syllogismi
reductum,

33 Prodit autem talis Syllogismus:

Panis sacra cena ore corporis comeditur;

Panis sacra cena est corpus Christi:

Ergo corpus Christi ore corporis comeditur.

Fateri necesse est eos, qui Lutheranorum nomen sibi assumunt, totū
sententia sua robur in hoc syllogismo ponere. Cum vero syllogismo pu-
gnent, syllogismi legibus, nisi sophistae deprehendi velint, se subiiciant,
oportet. Consequenter igitur discussienda erunt singula, videndum quā
quatenus ad artis regulas ratiocinatio congruat.

Quid de
Syllogismo
illo iudi-
candum.

34 Principio autem obseruandum est, conclusionem syllogismi de e-
adem corporis Christi mandatione intelligi debere, de qua Thesis
loquitur, nempe de ea, que ore quidem fiat, sed insensibiliter, ut ipso-
rum modo cœlesti & imperuestigabili.

35 Quo presupposito, si resoluatur atq; explicetur syllogismus, mani-
festissime & ad oculum apparent quatuor termini: Qualis enim qua-
so hec erit argumentatio?

Panis sacra cena comeditur ore, scilicet propriè, sensibiliter, ac na-
turaliter, ita ut non tantum accipiatur, sed etiam dentibus attetur,
& in vetriculū transmittatur. Hoc enim proprie loquendo est comedere.
Sed panis est corpus Christi.

Ergo corpus Christi comeditur ore, supernaturaliter, ac sensibiliter,
modo cœlesti & imperuestigabili.

Nemo non intelligit, plus vel potius aliud esse in conclusione, quam in
præmissis. Hoc vitium consequentis si corrigi debeat, necesse erit, con-
clusionem talem esse, ut prima propositioni respondeat.

Ergo corpus Christi comeditur ore, propriè, naturaliter, ac sensibili-
ter, ita ut non tantum intra os accipiatur, sed & lingua & dentibus
attetur, & in ventriculum transmittatur. Id vero, ut per se falsum
est, ita nec ab ipsis, qui Lutheranos se vocant, asseritur, & tamen id v-
niendum

nicum duntaxat. ex presupposito syllogismo sequitur. Ex quo mirum non fuerit, quæ situm esse:

Num corpus Christi in ventrem descendat.

Num corpus Christi non tantum in Sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractetur, frangatur, & fidelium dentibus attrahatur. Quod in reuocatione Berengarij prescriptum est.

36 Impingit autem in aliam quog. Dialecticorum regulam notissimam syllogismus ille Lutheranorum. Maiorem enim propositionem, prædicationem regularem habere, certissimum est.

In Minore, prædicatione vel figurata sacramentalis est, secundum illos, qui Calviniani nominantur; vel in usitata, secundum hos, qui se Lutheranos vocant. Quomodo cum sit regulare non esse, apud utramque partem in confessio est. Ex quo constat, Mutari in syllogismo genus prædicationis. Delinquitur ergo in regulam. Mutato genere prædicationis, non valet consequentia.

37 Proinde ex eo corpus Christi non magis manducari, quam etiam videri, tangi, & gustari probatur. Neg. enim ratio reddi potest, cur hec quidem argumentatio procedere debeat:

Panis qui est corpus Christi, ore comeditur.

Ergo etiam corpus Christi ore comeditur.

Alterum autem procedere non debeat:

Panis q. est corpus Christi, oculis cernitur, lingua gustatur, & tangitur.

Ergo etiam corpus Christi cernitur, gustatur, ac tangitur.

38 Nec verò difficile esset, plures eiusmodi ratiocinationes colligere, sed quia in immēsum cresceret hic labor, sufficiat unū atq. alterū tantum syllogismū adieciisse, unde de similibus indiciū fieri possit. Quare igitur, si ex eo, q. panis, q. est corpus Christi, ore comeditur, seq. debeat, etiā corpus Christi ore comedī: Cur nō eodem modo, cū panis sit corpus Christi, q. p. nobis traditū est, inferre liceat. Etiā panē p. nobis esse traditū? Equidem non minus proba videtur consequentia.

Corpus Christi secundum verbe institutionis pro nobis traditum est.
Sed panis, ut illi loquuntur quise Lutheranos nominant, est verum
& esse entia corpus Christi.

Ergo panis pro nobis traditus est.

Consequentiam falsam & absurdam esse fatentur omnes. Quae fit igitur,
ut ubi hereat vitium, a quo & superior Syllogismus infectus est.
agnoscere non omnes velint?

39 Sic calicem esse nouum fiducia in sanguine Christi, verba Lucae &
Pauli expresse dicunt. Hinc si quis inferre velit, cum infideles atque im-
penitentes sapienter numero participes fiant calicia, eosdem etiam noui fa-
deris, & consequenter, omnium in eo promissorum bonorum partici-
pes fieri, is non tantum insipie, sed etiam ridicule sic concludet. Et ex p-
missis tamen hoc perinde sequitur, atque oralis, ex syllogismo superiori,
manducatio.

40 Quacum ita se habeant, corrigatur tandem error: & ingenuè
quod res est, agnoscatur, rotung, jam septuaginta totius annis, & ali-
quentio amplius ab ijs qui Lutheranos se dici gaudent, pro oralis corpo-
ris Christi manducatione litigatum ac pugnatum sit; necdum tamen
quidquam ex verbis institutionis allatum esse, unde illam vel verbis
expressis traditam, vel necessaria ratiocinatione extructam esse appareat.

41 Corrigatur etiam in primis illud pessimi inter Christianos ex-
empli, litigandi atque altercandi cacoethes, cumq; suas in probando partes
nondum impluerentur isti, ac paulisper demittant cristas, nego, triun-
phum sibi singulant ante victoriam, dent potius operam, ut vel adhuc
probent, idq; ex Dei verbo, si fidem, vel fideles certa persuasione sibi af-
fentiri postulent, vel moderatius ab ijs dissentire discant, quibus non-
dum se meliores esse demonstrarunt.

42 Atque tantum in presentia de tertio, eoque principio controversia
capite: Ex cuius resolutione facile judicari potest, quid de reliquis senti-
enti aut statui debeat, quibus potissimum in rebus, a scopo alterretum sit.

Cum

Cum enim supra demōstrauerimus, totam controvēsiā ab hoc ter-
tio capite dependere, quicquid in primo atq; secūdo disputatur, nisi hac
referatur, impertinens esse merito iudicatur. Quod ut amplius appa-
reat, age qd de singulis v. ring, disputatis sentiamus, paucis aperiamus.

43 Ac de primo quidem, id est, de intellectu verborū Christi, Hoc
est corpus meum, sequentes admonitiones præcipue annotare atq; ob-
seruare conuenit, i. totam dēi & p̄s, r̄ḡ diavois, itemq; de genere pra-

De verbo-
rum Chri-
sti intelle-
ctu.

dicationis ac tropi in enunciato Christi disputationem, magis rhetori-
cam, aut logicam, quām theologicam esse, unde consequitur inepissi-
mas esse cauillationes quorundam interrogantium, ubinam dixerit
Christus, panem esse tropicē aut figuratē corpus suum? Hoc enim, quid
clūd est, quām ex sacris literis, rhetoricas aut dialecticas præceptiones
requirere? Item ridiculam esse argumentationem aliorū sic inferentū:

Christus aduentu suo omnes figurās siue umbras legales veteris te-
stamenti abrogauit.

Ergo impium est, figuram grammaticam, aut rhetoricam in ver-
bis Christi asserere, & affirmare.

Praterea nihil, nisi Sophisticam cauillationem & calumniam esse, sic
ratiocinantur:

Qui Caluiniani nominantur, enunciationem Christi figuratam
esse volunt.

Ergo idem etiam corpus & sanguinem Christi nō nisi figurate na-
bis communicari docent.

Quid enim commune habet, figurata predicatione, cum modo re-
ip̄tus communicande?

Eodem certe modo, etiam sic argum. entari liceret:

Christus nō nisi per tropū dicitur esse radix Iesse, & semē Abrahā.

Ergo nō nisi tropicē ex p̄genie Abrahā & lessa prognatus creditur.

44 Secundō notandum, de genere prædicationis unumquemq; sta-
tuere, ex suo sensu: nec certi quidquam constitui posse. priusquam de ve-
re intellectu enunciati Christi inter partes conueniat. Ratio hæc est, qd

c

34

35

36

37

38

42

50

43

49

44

48

47

46

ges non nascuntur in Dialectica, sed ex alijs facultatibus afferri & suppeditari necesse est. Itaq; nisi res ipsa iam ante, & per se plana sit, vel talis certe habeatur, impossibile est, eam ad predicationum doctrinam concinne & appositè accommodari posse.

45 Tertio aduertendum est (ut cung; tāto inter ualio partes altercates à se in uicem distare videantur, quantum supremum calum ab infima terra) si sepositis affectibus recte rem considerare atq; oculos aperire velimus, non obscurè apparere, facile inter eos conuenire posse, dummodo prius de orali mandatione corporis Christi constet. Panē ideo corpus Christi pro nobis traditum, appellari volunt, qui Calviniani proclamat, quod illius sit sacrum signum, sigillum, tessera, pignus, ac sacramentū, sive, quod dato pane, cū symbolo visibili testetur Christus. corpus suum non modo pro nobis esse traditum, sed etiam nostrum esse a fieri cum omnibus beneficijs suis.

Quo sensu etiam à Paulo dicatur communicatio corporis Christi.

Quid habet hic, q; Lutherani dici volunt, quod reprehendant? Quidquid dicant, si quis totum eorum scopum recte ac probè perpendet, facile videbit, hoc unum eos requirere, quod nullam corporalis exhibitionis & perceptionis oralis inuisibilis mentionem illi faciant, quam unā si adderent, res tota foret composita.

Et rursus qui Lutherani haberi volunt, panem ideo corpus Christi appellari contendunt, non quidem quod desierit esse panis, sed quod una cum pane, modo imperuestigabili verè atq; etiam ore percipiendā corpus Christi exhibeat. Quid ad hæc qui Calviniani proclamat? Evidem hoc facile concessuros puto, modo oralis mandationis mentio omittatur. Itaq; illi quidem oralem mandationem omissam: Hi autem additam conqueruntur. Res tota plana foret, si de ea quod doceatur, ex scripturis manifestum fieret.

46 Quarto: Nec hoc pratermittendum est, etiam de genere predicationis, catenùs consentire partes, ut regularem sive propriam in verbis Christi locum non habere viring; concedant. Vnde efficitur, nō pa-

rius

rum subleuatos esse hos, qui Calviniani nominantur. Et nisi iam præbent, qui soli Lutherani esse volunt, præter proprias & figuratas prædicationes restare etiam tertium aliquod genus: ex eorum confessione fundatam habebunt illi, qui Calviniani proclamat, intentionē suā; Quippe si regularis prædicatio non est, figurata esse necessariò oportebit, si quidem hac duo tantum à me generā veteres Dialetici semp̄ constituerunt. Hic verò, quod pro se afferunt, qui Lutherani esse volunt, tantum abest, ut eorum sententiam iuuet, ut in mediatam illam prædicationum in duo genera diuisionē magis magis confirmet. Etenim omnia exempla inusitatārum prædicationum ad figuratas quadrare, eorum inductio planum ac manifestum facit. Nā Deus est homo, Deus est passus; Dominus gloria est crucifixus, Homo est aeternus, conditor cœli & terre, & similes enūciationes, ad inusitatas prædicationes vulgo referri notum est, quas rectè admonent Theologi, in concreto tantum, non item in abstracto & fitas ac probatas esse. Hoc verò quid aliud est, quām synecdochen in subiecto constituere? Nam, quid est concretum? nisi vocabulum totam Christi personam significans, ut cum ab altera tantum natura denominatam? Id ipsum vero etiam synecdoche est, quo totū ab altera sua parte denominatur, velut cū mortale voco hominem, aut teclum appello deum. Deum enim cū hominē dico, nihil aliud volo, quām illam personam, qua Deus est, esse etiam hominem, propter carnem in tempore assumptam. Sic Deum, cūm passum esse dico, nihil aliud volo, quām illam ipsam personam, qua Deus est, passum ac mortuam esse, licet non Deitatis, sed usurpata humanitatis ratione, atq; ita de reliquis. Nam eadem omnium huius generis prædicationum ratio est. Eodem igitur si propositio etiam Christi, Hoc est corpus meum, referri debet, intollerabilis peruvicacia est, synecdochē in ea negare velle. Lutherus sanè cūm hoc agnoverit, ingenuè illam p̄fiteri non dubitauit. Cuius ut laudanda ingenuitas, ita illorum reprehendenda & curia, qui cūm idem sentianī & intelligant, idem iamē profiteri, id est, ingenui esse erubescunt.

47 Quintò, etiam si obtinuissent, qui Lutheranos se vocant, prater duo prædicationum genera tertium aliquod inusitatum superesse, ad quædam enunciatum Christi (Hoc est corpus meum) referri debeat, nullius tamen momenti, neg. ad rem ipsam profuturum esset. Nam cùm totales, superiori syllogismo (de quo thesis 33.) nitatur (ut demonstratum est) siue inusitata, siue figurata statuatur prædicatio, dummodo regularem non esse concedatur, genus prædicationis mutari palam est. Semper igitur Dialecticorum obstat regula, Mutato genere prædicationis, non procedere consequentiam. Nam etiam in inusitatibus prædicationibus eam sibi locum vendicare, propositiones de filio Dei testantur. Sicut enim propositiones principales: Deus est homo. Homo est Deus, non nisi per synecdochen, aut communicationem idiomatiū vera sunt: Ita etiam omnes, quæ inde sequuntur, illationes, non aliter, quam per communicationē idiomatiū vera esse, & defendi possunt: ut Deus est passus, Homo est aternus, &c. Unde particula distinctiua καὶ ἀλλο, vel similes ferè adiici solent, Alioquin enim, quam falsa sequantur illationes, etiam ex illis, vel h. ec exempla testantur: Fallacissima ratiocinatio foret, si quis ita concludere vellet:

Homo per se & sua natura consideratus, compositus est ex quatuor elementis finitus, passibilis.

Sed Deus in persona Christi est homo:

Ergo Deus in persona Christi per se & ex sua natura consideratus, compositus est ex quatuor elementis, finitus, passibilis, palpabilis. Itē: Deus in sua natura consideratus est verus ac naturalis Deus filius ex patre ante facula natus.

Sed homo in persona Christi est Deus:

Ergo homo in persona Christi sua natura est verus ac naturalis Deus filius ex Patre ante facula natus.

Quid cause affiri potest, quod non procedat consequentia, nisi mutatione facta in genere prædicationis? Eodem igitur morbo, cùm & superior syllogismus labore, quantumvis in propositione Christi statuatur inusitata

inuisitata prædicatio, manifestissime liquet, totam de inuisitata prædicatione disputationem in hoc negotio nihil, nisi meram & inanem arrogationem esse.

48 Sexto, circa hoc caput notandum est, vehementer errare eos, qui Lutheranos se nominant, cum existimant propter declarationem prædicto additam in enunciato Christi, tropum atq; ita figuratam prædicationem locum habere non posse.

Christus, inquit, de pane prædicat, quod sit corpus suum, additq; declarationem. Quod pro vobis traditur, quod non nisi vero atq; essentiali corpori eius conuenit.

Ergo corpus de pane, p tropū prædicari nō potest, cumq; nec in subiecto locū tropus inueziat, tropica vel figurata nō erit Christi enunciatio. Errant, inquam, hi toto cælo, dum ita ratiocinantur: Neg; villa huic ethymemati connexio constat. Quod ut appareat, propositionem, qua deest, ideoq; supplenda venit: neg; uniuersalem, neg; necessariam esse, infinitisq; circumstantijs eueri posse contendit. Neg; enim semper verū est: Quandocunq; prædicato in propositione aliqua, talis additur declaratio, qua non nisi propriæ sic dicto illi conuenire potest, tūc sine troppo illud de subiecto prædicari. Nam & Christus lux dicitur, eaq; vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, Ioan. 1. Et caro eius dicitar esse verè eibus Ioan. 6. Idemq; Christus dicitur visis vera Ioan. 15. Et nemo tamen adeo iudicij inops est, vt tropū in his verbis agnoscere nō possit. Sic circumcisio dicitur esse fædus Dei, talisq; additur declaratio, q nō nisi vero Dei fæderi congruat, Genes. 17. v. 10. Non sequitur tamen, prædicatum sine omni tropo de subiecto dici, cum textus seipsum explicit versu sequenti, circumcisionem appellans signum faderis. Eadem ratio multarum similium propositionum est: Agnus dicitur Phasæ Exodi duodecimo capite, id est, transitus, & de vero transitu Iehouæ per Ægyptum agi constat. Baptismus externus & visibilis dicitur lauacrum Regenerationis ac Renovationis, additurque Declaratio, Per Spiritum Sanctum, vt de vero Lau-

C 3

ero spirituali agi certissimum sit. Tit. 3 Euangelium quod Paulus pra-dicabat, dicitur potentia Dei, & additur declaratio, ad salutem omni-crederentis, Rom. 1. Vt dubium non sit, de potentia Dei salutifica, id est, ve-ra sermonem fieri. Quin & poculum siue calix apud Lucam & Paulum dicitur esse nouum fædus, siue testamentum, additur q[uod] declaratio, in meo sanguine, qua non nisi vero, ac propriè sic dictio nouo testamento conuenire possit. Ex illis tamen omnibus, si quis inferre conetur, prædicatum sine tropo cū subiecto connecti, plus quam ineptus & ridiculus fieret. Aliud est enim in prædicto secundum se considerato tropum non esse, aliud prædicatum, non sine tropo attribui posse subiecto. Quia obrem satis constat, nisi fallor, connexionem superioris argumenti, neg-uniuersalem, neq[ue] necessariam esse. Ae proinde nihil solidi ex eo proba-ri aut confirmari posse.

49 Septimo: sicut in eorum, qui Lutherani esse volunt, sententia, p notatione indigere putamus, ingenuè admonuimus: ita nec de ijs, qui Calviniani nominantur, dissimulandum est, quosdam magis subtiliter, quam solide, ubi de propositione Christi agitur, tropum in copula constituere: cum multo sit expeditius, ad habitudinem seu x[er]cū prædicati & subiecti, hoc est, ad prædicationem ipsam (qua est in propo-sitione attribui prædicatum subiectio) recurrere. Ia quod Philippum Mel. quoq[ue] in Dialecticis lib. 2. (ubi agit de copula) monuisse constat. Atq[ue] cō illi ipsi, qui alioquin in copula tropum constituerunt, tandem decurrunt in postremis scriptis suis; affirmant se non copulam solam, sed copulam etiam cum prædicato, ponere sedem tropi. Nec enim tropus semper de una voce dicitur sed consideratur a penultimo in modo ipso prædicatione, in attributione predicationi ad subiectum: ut hic calix est nouum te-stamentum, sanctum in meo sanguine. Flamma in ore Apostolorum, Aut columba descendens de super caput Christi, aut halitus ex Christi ore affatus Apostolis erat Spiritus Sanctus. Nunc de secundo etiam capite paucula perstringamus.

De medo
præsentia
Christi.
50 De eoprimit obserueri, præsentiam corporis Christi in his ter-
ris,

ris, in verbis institutionis expressè traditā esse. Quod si ergo credi dobeat, opus esse, ut beneficio ratiocinationis, eiusq; necessarie adstruantur, de eaq; fides fiat, que quidem ratiocinatio, si manca sit, aut mutila, impossibile est, eam ad fiduciæ dogma constituendum valere.

51 Deinde consideretur, eos qui se Lutheranos nominant, videri nolle, quod corporis Christi præsentiam localē, & qua est secundum veri corporis modum, doceant, sed vel definitiūam, vel repletuam, vel. ut cauius aliqui loquuntur, cælestem, ὥπερφυσιλώ & imperuestigabilem constituere, unde iterum conficitur, probationem eius (id est, non tantum præsentia, sed etiam talis, qualis assertur præsentia) ex verbo Dei expresso illis incumbere, quam nisi modis omnibus adimpleant, frustra sibi fidem haberi postulant.

52 Deniq; in mentem veniat, qua occasione præsentia corporis Christi in disceptationem venerit, & quem in finem de ea disputetur. Si recte rem intueamur, oralem mandationē, & occasiōnē controvērsiā, & scopum siue finalē causam esse deprehendemus. Illa enim neg, aliter stabiliri, nisi præsentia presupposita, neg, fortius oppugnari potuit, quam eadem euersa. Itaq; tam is qui Lutherani esse volunt, pro ea confirmanda, quam illis qui Calviniani proclamantur, pro refutanda ea laborare necesse fuit.

53 Vnde porro consequitur, quod & eruditos concessuro spoto: quam diu oralem mandationem, vel iij qui Calviniani proclamantur, non credere, vel qui Lutheranos se nominant, ex verbo Dei p̄bare non poserunt, frustra virosq; de præsentia corporis Christi verba facere, illos quidem, quod supra demonstratum sit, spiritualem corporis Christi mandationem (quam fide fieri credunt) neq; præsentia corporis eius (quod ad situm loci) quicquam adiunari, neq; absentia eiusmodi ullatenus impediri; Hos vero, quod ex oralī quidem mandatione necessario corporis Christi præsentia: ex præsentia autem nondum corporalis mandatio sequatur, præsentie etiā rei qua cibi locum habere debat, nullus usus sit, quamdiu perceptionem coniunctam non habeat,

34 Qua cum ita sint, displicet in illorum nonnullis, quod presentia vocabulum, quod ambiguum est, generaliter sape inculcant, non addita determinatione, quid per presentiam intelligant. Displicet & illud, quod aliqui citra omnem necessitatem, de fidei quodam in cœlos subulantis ascensu disputant, de quo et si commoda interpretatione se explicare nituntur, quia tamen nihil ad rem facit noua phrasis, & simpliciores admodum offendit, prestaret, nisi fallor, in iradenda potius solida doctrina & statu controversie dextre explicando, quam in defendendis eiusmodi formulis operam collocare.

35 In illis vero, qui Lutheranos se nominant, etiam probari non potest, quod cum intelligent totum sententiae sua momentum, fundatum, ac firmamentum, in orali, quam docent, corporis Christi mandatione consistere, malint tamen, ea omissa, in hoc capite de presentia corporis Christi in his terris statum controversie statuere, quam rem ipsum, id est, oralem mandationem, à qua unica, si qua est presentia, dependet, ingenuè & absq; sophistica tractare, quod quidem si dextre facerent, tum omni se falsi dogmatis suspitione liberarent, tum discipulos, in sua doctrina constantiores haberent.

36 Deinde & hoc in eis laudari non potest, quod cum toti in astruenda vera, reali, ac substanciali Christi presentia occupati videri velint, veram tamen, & qua vero ac substanciali corpori conueniat, non tantum non doceant, sed etiam ea sublata, talem substituant, que Christi corpori nobis διεργοτικη neg, & unquam competit, neg, salua eius veritatis, quam omnipotentia Deus non cueroit, competere potest. Imo quare nec ullo modo ex scripturis probare aut definire possunt. Evidem quare diu suam επεφυσαν, modiq; calescit ac imperceptibilis presentiam, ex scripturis non probabunt, non dubitabo afferere, mera illos & iniuria εργοσύνηta captare Nam hec illorum vera, realis, ac substancialis presentia, nulli rei minus, quam vero, reali, ac substanciali corpori conuenit. Quid enim est corpus? & quale est corpus? Quod in utero virginis Dominus assumptum, in aracrucis in mortem tradidit, resuscitatum.

zatumq; & in cælos eleuatum, ad dextram aeterni patris collocauit, in quo & ipse se se iudicem viuorum & mortuorum sisit? Nonne verum ac naturale corpus, suasq; dimensiones, suam etiam ac proprietates habens, ac in omnem aeternitatem, quantumvis glorificatum retinet. Cui etiam nostra secundum Paulum σύμμορφα id est conformia erunt futuræ quod ubi manebit tandem si talis ei præsentia, qualis affingitur, competere beat?

37. Omnino autem detestandi sunt Ubiquitarij, qui generalem corporis Christi in locis omnibus præsentiam comminiscuntur. Quā et si eo consilio adinuenerunt, ut oralem eiusdem mandationem, tanto magis tueri possent, nihil tamen est, quod cum ipsius corporis Christi veritati, tum orali, si qua esset, mandationi æque aduersetur, atq; illa ipsa. Sed cum ab alijs satis refutatum sit hoc dogma, atq; ipsos etiam autores huius factus sui pudere incipiatur, superuacaneum esse puto, prolixius in præsentia de eo differere.

38. Postremo igitur circa hoc caput obseruandum est, ea quæ de sacramentali, ut vocant, unione, atq; alijs similibus disputantur, tūc demū recte ac utiliter adhiberi, ubi de capitibus superioribus certi quid constitutum fuerit. Nam cum termini sint artis, docendi tantum causa ab hominibus excogitata, fundamenti vicem obtinere nec possunt nec debent. Proinde neutra pars litigantium in alterius præiudicium ipsis abusi, sed ex scripturis rem agere, indeq; quid statuendū sit, definire debet, postmodò visuri, quomodo de formulis etiam, quod facile erit, conuenienter possint.

39. Restaret nunc quartum controværsia caput, quod est de mandatione infidelium, quod cum prorsus à terio dependeat, ut supra docuimus, nec aliter sibi locum inueniat, nisi illo stabilito, merito omnis de eo disputatio, tantisper præciditur, donec de illo certius quid, ab his q; Lutheranos se dicunt, constitutum fuerit. Tantum hoc in præsentia teneatur, iniurian fieri ipsis, qui Calviniani proclamantur, quando hoc illis vi. io vertitur, quod impios corporis Christi non percepti, sed reiecti &

D

De man-
datione
infidelium.

spreti reos fieri docent. Id ipsum enim etiam eorum, qui se Lutheranos
vocant, sententia in effectu velle videtur. Quid enim? Num ideo im-
pios reos agere audebunt, quod corpus Christi ore accipient? Non opinor.
In eo enim Christi precepto (loquor autem ex eorum hypothesi) morem
gerunt. Cur igitur? Quoniam, inquit, sine fide & paenitentia acce-
dunt. Hoc vero quid aliud est, quam ideo eos reatum contrahere, quod
corpus Christi, quod ore accipiunt, non etiam fide recipient, atq. ita in-
fidelitate sua spernant, contemnunt, & repudient, quod fide recipere de-
bebatur. Iudicet hic equus arbiter, quid inter sit inter utriusque partis sen-
tentias, & quantum valeat contentionis ardor, estimet. Sed non opus
est pluribus in praesentia de his agere. Ac satis etiam, nisi fallor, de tota
controversia differuimus. Tempus nunc est, ut vela contrahamus, fineque
disputationi imponamus.

60 Diximus quatuor principia in controversia esse posita, que tamen
ab unius capituli dextra ac solida resolutione omnia dependeant: oratione
nimirum corporis Christi mandatione: qua probata, reliqua sponte
sequantur: non probata, in vanum afferantur. Verbum Dei ac verba
institutionis totius controversiae iudicem atque arbitrum constituimus,
oralem mandationem huc usque ex eo nondum probari potuisse, demis-
tranimus, omnia sincere ac nullius partis studio fecimus. Que omnia
Ecclesia Dei, & uniuscuiusque pietatis iudicio reuerenter subiicimus.

61 Quod restat: Partes ipsas rogamus, desinant extra oleas vagari:
desinant calumniari: desinant verbis ambiguis simpliciores intricare:
desinant carnis affectibus indulgere. Sinant se Dei verbo, Deique Spiritu
regi. Afferant pium, tum in causam ipsam, tum in fratres, quibus cum
disputant, affectum: quod unum necessarium est, agant: caput ipsum con-
troversie, qua pars est, fidelite tractent. Errores non minus in scipiosis
quam aduersariis suis corrigere studeant. Ita pijs studijs ac conatibus
Dominum benedictione sua non defuturum, sed quem promisit even-
sum clementer largitur: non experientur. Quod si qui nostra etiam le-
gent, eos rogatos volumus, candorem ut afferant: ubi a scopo aberrau-
rimus,


ritus, liberè ac sincerè admoneant, verboq; Dei instruant. Qui si quid
consentaneum repererimus, tum gratias nos monitori habitu-
ros, tum id fideliter ex animo pollicemur amplexuros.

F I N I S.




D 2

34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.







I V.

cæ genus non est ars nec prudentia.

ut prolix simus, nulla flagitat necessitas: unico igrur; quicunq; habitus philosophicus non est practica virtia & virtutes, circa contingentia, circa ea quæ adunt, illius quoq; genus esse nequit. Atqui Metaphysic habitus Erg. genus ejus prudentia esse nequit. et prudentia propria indoles, uti minorum ipsius, quæ est mera theoretica seu speculativa. De arte dam movere ausi sunt, quibus opponimus hanc arti non competit definitio artis, illius genus ars esse ysicæ non competit definitio Artis. Erg. Majoritatio generis competit speciei generi subjectæ, quia eò est corpus animatum sensu præditum. Minorone artis. Ars, inqt. Philosophus 6. Ethic. est habi- ffectivus: hoc a. de Metaphysica nemo sanæ men- theor. trans. diff. 1. th. 28. p. 10. quia habitus pra- physica, quomodo ars erit? Cum omnis ars sit habi- es habitus practici: Forsan species alicui compe- genus illius speciei? quod ego non crediderim, omo sit & non animal: Hæc ille. Artem contem- in Mart. part Metaph. l. 1. q. 2. s. 1. & Scharf. theor. p. 20. proclaimamus στρυχόζυλον. Nec juvat eum io, quam ex Luciano suo accurato illo definitore quæ quam perfecta & accurata sit, videatur Exc. b. 1. art. 3. s. 3. p. 10. Scheibl. Met. l. 1. c. 1. art. 2. n. 0. 7. l. 1. quæst. 1. & alii.

V.

e genus non est intelligentia.

usio non adeò sit apud Dd. Metaph. controver- a brevis ero: sicuti a. de scientia strictè ita dicta lideò non possit esse genns Metaphysicæ, quia siones: ita nunc de intellectu dicimus, quod hic & constituere nequeat, quia præcisè Principia mentum. Qui habitus in nudis acquiescit Prin- pi. esse nequit. Ast intelligentia talis est. Erg. Ma-

A 3 jor